



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis

Ugolinus, Bartholomaeus

Venetijs, 1609

Vers. Sedisque Apostolicæ legatos, vel Nuncios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61365)

lium acceperit; nam ante eius traditionem non consequitur plenitudinem Pontificalis officii, nec nomine Archiepiscopi, ut habetur in capitulo nisi specialis, & ibi not. Abb. numero 1. & num. 3. de auct. & vsu pal. Sed iam ad alia veniamus.

Vers. Sedisque Apostolicæ legatos, vel Nuncios.

S V M M A.

I Offendentes Apostolicę sedis legatos, & Nuncios uno ex dictis modis in excommunicationem incidunt.

IN hac parte referuntur duo genera personarum, scilicet Apostolicę Sedi Legati, & Nuncii, t̄ quos qui offendit vno ex predicationis modis, in excommunicationem hanc incidit, sed quoniam quinam hi sint, in initio huius capituli id exposuimus, & quæ de aliis predicationis Ecclesiæ præsidibus dicta sunt, & in his locum habent, ob eam rem quæ hoc pertinent, si linc sumemus, nosque ad alia interim transibimus.

Versi. Aut eos a suis diocesisibus, territoriis, terris, seu dominijs ejicientes.

S V M M A.

- 1 Diocesis quid sit.
- 2 Territorium quid sit.
- 3 Terra in quam sententiam hic accipitur.
- 4 Dominium quid significet.
- 5 Suum quot modis accipiatur, & in quam sententiam quoad rem nostram.

IN hac postrema parte huius Capitis excommunicantur, qui eiiciunt Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios a suis diocesisibus, territoriis, terris, seu dominijs. Verum, quo excommunicatio hæc, quousque pateat, dignoscamus, præmittenda hæc sunt. Primum, quid sint dioceses, quid territorium, quid terra, seu dominium. Deinde, ex quo excommunicantur eiicientes predicatoris a territoriis suis, illud suum, in quam partem accipiatur.

- 1 Quod primum igitur t̄ diocesis apud ius Pontificum pro universitate locorum plurium, quæ ad vnum Episcopum pertinet, & vno Episcopatu collocata sunt, proprie sumitur. arg. cap. 1. ibi. In diocesi suffraganeorum, & in aliis locis ibidem. de off. ordin. lib. 6. &

in